

cum etiam valdè *Heurnius* loco citato extollit, si misceatur cum ∇a seminis rosarum. *Lamina plumbea hydrargiro* oblita apud *Paræum* lib. 6. p. 221. *Emplast.* *Hin. Myns de ranis Vigon.* cum §. & quæ alia, apud Autores practicos visenda. Minus verò juxta *Theor.* 4. lib. 1. sect. 2. *Amœnitat.* *Materiæ Medicæ* sèpius laudati *D. D. Wedelii* pinguis & emollientia sunt proficua. Nam ubique materiae malignitas & acrimonia, potius in centro detineri & coerceri eadem amat, quam diffundi, emollientia debent exesse. Exasperatur enim magis horum usu cancer, & ex hoste latente fit manifestus; quale exemplum prostat apud *Paræum* loco suprà allegato.

Neque *corrosiva* convenient, qui fervorem & ardorem in parte solum affectâ hærentem, toti tunc corpori communicant.

## CAPUT IX.

### *Diætam adnedit.*

**D**IÆTA conveniens, quæ in legitimo sex rerum nonnaturalium usu consistit, hîc injungenda quam maximè est.

In VITALI *Aer* purus ad calidum & moderatè humidum inclinans, & omnium inquinamentorum expers eligendus, declinandus autem frigus, serum in receptaculis suis condensans, ejusq; hinc circulum pervertens.

In NATURALI victus requiritur tenuis, *cibis* utendum laudabilioris succi, facilisque digestionis, vitanda omnia, quæ sanguinem ejusq; serum deturpare valebunt. *Potus* sit cerevisia defecata & ritè fermentata; vinum oλιγοφρεγoλιγοφρεγ sit & parcâ sumendum dosi, vel herbis convenientibus medicatum.

In ANIMALI *motus* & *quies* neque excedant, neque deficit. *Blandus* verò & regularis corporis motus vita sedenta.